

nō posse alijs sacrificijs redimi peccata hominū,  
quā Filij sui victima. Ideo Christus propitia-  
tio vocatur, 1. Iohan. 2. a. 2. Erat enim Deus in  
Christo mundū sibi recōcilians, nō imputans ho-  
minibus delicta, 2. Cor. 5. d. 19. Ideo per nomen  
eius offertur peccatorū remissio, Act. 10. g. 43.  
Obtrudāt nunc censores, vt volēt, suas satisfac-  
tiones Deo. Interim Ecclesia Dei pretio redē-  
ptionis suæ cōtenta erit. Sacramēta iactant fa-  
cere ad satisfactionem. Quasi verò illuc aliquid  
suū afferant fideles: ac non potius bona omnia,  
quorū se vacuos & inopes fatentur, in Christo  
querant. Baptismus scilicet opus est meritoriū,  
in quo sordes nostras abluēdas afferimus. Cæ-  
na est satisfactio, in qua fatemur nos esse mor-  
tuos, nisi quatenus mera gratia nos Christus  
viuificat. Habeāt ergo istos pro fidei columnis,  
qui in abyssum inferorum sponte ruere volent.

E saia 66. g. 21.

Artic. 31.

Et assumam ex eis sacerdotes. Annota-  
tio, Id est, qui seiplos offerant mihi, vt  
olim apud Israelitas, Sacerdotes & Leui-  
tæ oblationes offerebant. Bibliis 1545.

Censura, Hæc interpretatio indistin-  
f. iii.